

De 60



17384

10188

D 2629

A. d. d. 192

— andr. Christian Wüch . — 1781.

Wüch 19

C 5191

157

ed







DESCRIPTIO  
CODICVM QVORVNDAM CVFICORVM  
PARTES CORANI EXHIBENTIVM  
IN BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSI  
ET EX IISDEM  
DE SCRIPTVRA CVFICA ARABVM  
OBSERVATIONES NOVAE

---

PRAEMITTITVR  
DISQVISITIO GENERALIS  
DE ARTE SCRIBENDI APVD ARABES  
EX IPSIS AVCTORIBVS ARABICIS  
IISQVE ADHVC INEDITIS

SVMTA.

---

AVCTORE  
*IACOBO GEORGIO CHRISTIANO ADLER*

TH. ET LL. OO. C.

---

ALTONAE,  
EX OFFICINA ECKHARDIANA,

---

MDCCLXXX.

THORBECKE



DESCRIPITIO  
CODICVM QVORVNDAM CVFICORVM  
PARTES CORANI EXHIBENTIVM  
IN BIBLIOTHECA REGIA HANNIENSIS  
ET EX IISDEM  
DE SCRIPTVRA CVFICA ARABVM  
OBSERVATIONES NOVAE

PRÆMITTITVR  
DISQVISITIO GENERALIS  
DE ARTE SCRIBENDI APVD ARABES



D: De 60

JACOBO GEORGIO CHRISTIANO ADLER

THE ET LL. OO. G.

ALTONAE,  
EX OFFICINA ECKHARDIANÆ.

MDCCLXXX.



---

**I**ucundum est, familiam aliquam, veluti parentes, liberos, nepotes in tabula pictam conspicerem, nec oculos modo picturae colorumque varietate, sed mentem etiam inuestigatione similitudinis, quae in variis lineamentorum vultibus emicat, sanguinisque communionem prodit, veluti alere et nutrire. Talem Philologo picturam exhibet linguarum Orientis communis inter se copula et quasi cognatio. Quid suavius animum allicere potest, quam linguarum, earumque scriptionum generationes speculari, easque vel a communi omnium parente ortas, vel fororio nexu inter se coniunctas, matres, filias, nepotes animaduertere? Ea voluptatis perceptione inuitatus obseruationes quasdam de variis scribendi modis apud Arabes et de eorum origine et inter se similitudine, in meos primum vsus literis mandatas, nunc cum eruditis pro imbecillitate mea communicare cogitavi.

Itaque, vt de occasione huius scriptionis ordiar, cum hoc anno Hafniae commorarer, incidi forte in codices quosdam mutilos Arabicos, Cuficis literis scriptos, seruatos in Bibliotheca AVGVSTISSIMI REGIS DANIAE, ad quam aditus mihi clementissime aperiebatur. Istos codices, quibus pares in Europae Bibliothecis vix reperiuntur, cum eruditorum oculis vltra saeculum se subduxissent, [emta enim fuerant, vt in fronte vnus adnotatum legi, Cairi, anno 1626] obliuioni eripere, et accuratius examinanda sumere, operae pretium duxi. Nec peridi operam, quam in colligendis singulis foliis, examinandis et perscrutandis adhibui. Veras enim literarum Cufensium formas, earumque puncta vocalia, quae ab eruditissimis viris saepius negata sunt, me docuerunt. Iucundissima omnino laboris mei compensatio! E disquisitionibus illis enatus est hic libellus, descriptionem codicum Hafniensium exhibens, cui obseruationes quasdam generales de arte scribendi apud Arabes praemittendas putavi.

AR-



## ARTIS SCRIBENDI APVD ARABES HISTORIA.

### DE SCRIPTVRA HOMERITARVM.

**L**inguam Arabicam a *Cahtane*, Hebraeis *Iocfan* יקפן, vel ab eius filio *Iarabo*, Hebraeis *Iarach* ירח, inuentam fuisse, communiter affirmant Arabes. <sup>1</sup> Sed quis primus eam scribere inceperit, ipsi ignorare confitentur. Vetusissima, cuius mentionem faciunt, *scriptura* est *Hamiarensis*, vel *Homeritica*. Sed vt omnia, quo propius ad antiquitatem accedunt, eo fallaciora sunt, ita hoc scribendi genus ipsa sua vetustate confenuisse & obliuione fere deletum esse videtur. Pauca, quae inuestigauimus, fideliter trademus. Ferunt, Hamiarenfes, vel, vt a Graecis Latinisque nominantur, *Homeritas*, posteros *Hamiari*, filii *Sabae*, *Cahtanis* filii <sup>2</sup>, vltra 2000 annos ante Muhammedem Arabiam felicem tenuisse, & primum quidem idola, postea vero Iudaeorum, denique Christianorum religionem coluisse. <sup>3</sup> Lingua vfi sunt ab Arabica recentiori diuersa. Insignia enim fuerunt tempore Muhammedis duo loquendi genera, vel potius vnus eiusdemque linguae duae variae formae & dialecti, vna Arabum *Homeritarum*, de qua agimus عربية حبيرية, altera *Coraischitarum* عربية قريشية, qui prouinciam *Hegias* الحجاز, vrbibus *Medina* & *Mecca* celebrem, inco-

<sup>1</sup> *Bocharti* Geographia sacra l. II. c. 15. p. 110 edit. Franc. MDCLXXVI. *Gieuhari* Camus, & *Pocokii* Specimen historiae Arabum, Oxonii MDCL. p. 55.

<sup>2</sup> *Pocokii* Specimen H. A. p. 4c. — *Hamiar* dictus fuit, quod plerumque

vestibus rubris incederet. Ruber enim Arabice dicitur *hamar*.

<sup>3</sup> *d'Herbelot* Bibliotheque orientale ed. Paris 1697 p. 447 col. 1. ed. Traiect. ad Mosam 1776. p. 414 col. 2.

*Walchii* historia Homeritidis et ill. *Mi-chaelis* Biblioth. orient. P. IV. p. 156 f.



incoluerunt. Haec fuit *lingua perspicua & elegans* لسان عربي *مبين*,<sup>4</sup> qua Muhammedes Mecca oriundus gloriabatur, et qua *Coranus* scriptus est, vna cum religione eius per dimidium fere orbem diuulgata. Sed illa [Homeritica dialectus] qualis fuerit, non satis cognitum et exploratum habemus, quia ipsis Muhammedis victoriis extrusa et quasi extincta videtur. In eadem ambiguitate haeret tota de Homeritarum scribendi modo disquisitione. Quam ob rem quidam nostratium, omnino nec scribere, nec legere potuisse gentem Arabum ante Muhammedem, libere affirmarunt. Fefellit eos auctoritas Arabum quorundam, qui ignorantiae tempus, quod ante Muhammedem obtinuisse dicitur, temere ita describunt, quasi in imperitia artis scribendi et legendi haesissent Arabes.<sup>5</sup> Sed tamen, si teste *Abulfaragio*,<sup>6</sup> ignorantiae tempore Arabum eruditio fuit linguae suae peritia, carminum structura et orationum compositio, quid quaeso ad dicendum magis proficit, quid literis magis adminiculo et praesidio est, quam scriptio? Praeterea, cum consuetudine coniuncti fuerint cum exteris, atque magnam et copiosam in Syriam et Palaestinam mercaturam fecerint, scribendi arte vix carere potuerunt. Itaque Arabum auctores, ad quos eruditi illi prouocant, vel hoc tantum significare voluerunt, Arabes *Coranum*, qui primus literis ignotis Cuficis scriptus erat, ab initio legere non potuisse, vel

<sup>4</sup> *Coran*. Sura XXVI. vers. 195.

<sup>5</sup> Citantur a *Pocokio* in *Specim. H. A.* p. 156.

<sup>6</sup> In historia compendiosa dynastiarum. Dynast. IX. ab initio. vid. *Pocokii Specimen H. A.* p. 7. Eiusd. hist. comp. Dyn. Oxon. MDCLXIII. p. 16. vers. lat. p. 101.

فاما علم العرب الذي كانوا يتفاخرون به فعلم لسانهم

وأحكام لغتهم ونظم الأشعار  
وتأليف الخطب . . . . . فهذه  
كانت حالهم في الجاهلية

h. e. „Eruditio Arabum, cuius gloriae praecipue studiosi erant, haec erat, linguae suae peritia, sermonis proprietates, carminum structura, et orationum compositio. — Hic status eorum erat per ignorantiae tempus [ante Muhammedem]“.

ita, nomine  
religijs, appel  
loni hunc ma  
humerum inde  
tempore mohame  
di suspectus.  
d. Michaelis in  
Dill. or. T. XVI.  
p. 3. conf.  
Xpova dypoi as  
actor. XVII. 70.

vel etiam fictum Prophetæ suo miraculum tribuere cogitauerunt, quod is vir ille fuerit, qui orbem terrarum ex ignorantiae tenebris ad lucem tandem perduxerit. <sup>7</sup> Alii eruditorum scripturam Homeritarum cum recentiori Arabum scribendi modo commutarunt, eandem eam putantes, quam Cusicam, qua post Muhammedem vsi sunt Arabes. <sup>8</sup> Sed tum illa, quam dixi, linguarum differentia, tum clara Arabum testimonia repugnant. *Giauharius* in Lexico Arabico, [*Seha* dicitur] <sup>9</sup> sub voce *سند* scribit,

وَالسند خط الحميم بخالف خطنا هذا

<sup>7</sup> Conf. p. 11. 12. <sup>8</sup> *ALMOSNAD* h. e. grallis incedens, vel fulcris innixa nominatur scriptura Homeritica, in cuius locum nostrae literae successerunt. <sup>9</sup> Et *Firusabadensis* [ex vrbe Persiae *Firusabad* oriundus] in Lexico suo *Camus* <sup>10</sup> [h. e. Oceanus] sub eadem voce,

مساند

<sup>7</sup> Hanc ob causam Muhammed se ipse saepius *Prophetam ignorantem*, h. e. qui ante imperitus fuisset, vocare videtur. Conf. *Christ. Ben. Michaëlis* diss. de historia linguae Arabicae. Halae MDCCVI. § VII ad IX.

<sup>8</sup> Auszug der allgemeinen Weltgeschichte, von *F. E. Boysen*. Alte Geschichte, III Band. Halae 1768. 8. S. 480 et al.

<sup>9</sup> Titulus Arabicus est كتاب الصحاح الجوهري vel plenius, صحاح اللغة لاسعفين بن حبان الجوهري Opus editum fuit Chorasanæ, circa an. fugae 390 A. Chr. 999.

<sup>10</sup> Titulus Arabicus كتاب القاموس المحيط لمحمد بن يعقوب بن محمد الغبيرزي ابادي Auctor obiit Sebidi, an. fug. 817. Chr. 1414. Ambo exstant in Bibliotheca Regia Hafnienli.

Haec Lexica euoluturus obseruet ea ordinem quidem literarum obseruare, sed ita, vt primaria dispositio ordinem vltimae literae radicalis, secundaria vero primae literae feriem sequatur. Prima diuisio habet titulum *يات الالف* *litera Elif, litera Be* cet. altera *فضل الهجره فضل الباء* *caput Elif, caput Be.* E. c. Literae *Be* caput *Elif* continet voces *abab, atab, adab, arab* cet. Itaque vocem *sanad* non in litera *S*, sed *D* inuenies.

*Handwritten notes:*  
 \* aundem ordi-  
 nem Mesuonim  
 in alii oxon-  
 plon les hoy  
 leri corum e.  
 pr. in illo con-  
 plon leri i qen  
 hori pnd poff-  
 det publi Mela  
 allegu urhin.  
 se Mep. Tid.  
 pnd rom d et.

مساند — — خط بالحميمي  
*Masanid est Homeritarum scribendi genus.*

Nec maiori probabilitate inniti videtur ill. *Niebuhr*, qui literas Homeritarum cum Persicis antiquis, quarum specimina e ruinis Persepolitianis habemus, confundit. <sup>11</sup> Verisimilior habenda sententia eorum, qui Homeritas eodem scribendi genere vsos fuisse contendunt, quo adhuc vtuntur Aethiopes, quia Abyssini vel Aethiopes ex Arabia oriundi dicuntur <sup>12</sup>, atque inter linguam eorum et Arabum similitudo quaedam animaduertitur: nec tamen omnino probanda. Repugnare enim videntur, quae auctores Arabes de lingua et scriptura Homeritarum referunt. Homeritarum dialectum Hebraicae, vel Syriacae propius accessisse, quam eam, quae ceteri vsi sunt Arabes, ex Historia patet, quam *Giauharius* et *Firuzabadensis* narrant, citante *Pocokio* [in specim. Hist. ar. p. 151. 152. et 348.] Arabem quendam, cum ad Regem Homeritarum ingressus federe iuberetur, dicente illi Rege *تَبْ* *Teb*, *confide*, e loco elato, in quo staret, defiliisse, quia ad suam dialectum *teb* significaret *salta*. Regem autem, temeritatem eius miratum, dixisse, *Nos Arabicae dialecti ignari sumus. Qui Dasarum* [urbem regiam] *profiscitur, Homeriticam discat*; eaque verba in prouerbum abiisse. Arabibus igitur verbum *وتَبْ* *vatab*, *saltare*, Homeritis autem idem significabat, quod Syris *יתב* *iatab*, *sedere*. Eadem cum Syriaco cognatio in scriptura Homeritarum animaduertitur. Numerum et ordinem literarum Syriaco ex omni parte respondisse ferunt. Alphabetum appellatum fuisse *Abgad Heues*, quae voces sunt artificiales, literas secundum ordinem Syriacum *הוּ אבגד הוּ* exhibentes <sup>13</sup>. Ex iisdem vocibus, quae Syriacam vel

He-

<sup>11</sup> *Carsten Niebuhr* Beschreibung von Arabien S. 94. Versionis gallicae p. 83.

<sup>12</sup> *Bocharti Geographia sacra*. Franc. 1674. p. 143. 144.

<sup>13</sup> *Schultens* in clavi dialector. p. 323. *Iac. Robertson* dissert. de antiq. & vtilitate linguae Arabicae, eiusdem clavi Pentateuchi addita. Edinburgi 1770. 8.

Hebraicam originem produnt, ortas fuisse denominationes dierum, primo eorum die, qui Saturni est, *Abgad* أبجد secundo *Heues* هوز, tertio *Hatta* حطي, quarto *Colman* كلن, quinto *Safas* سفص et sexto *Corast* قرشت nominatis. <sup>14</sup> Quem ordinem Syriaco conformem hodie adhuc in literarum notis obtinere videmus, si ad numeros significandos adhibentur. E quibus illud quidem effici non potest, Syriacum scribendi genus in Arabia vernaculum fuisse: scriptura enim recentior Cufica, quae e Syriaca enata fuit, peregrina ab Arabibus nominatur. <sup>15</sup> Sed illud recte colligere videor, scripturam Homeritarum, quamvis singularis quaedam institutio fuerit, propius tamen ad Hebraicam vel Syriacam accessisse <sup>16</sup>, quam Aethiopicam, quae tum forma et ordine literarum, tum ratione legendi a ceteris orientalium scribendi modis tantum non omnibus differat. Haec fere sunt, quae de ratione scripturae Homeriticae, ob relationum defectum, conii-

qui ad fluvium  
Tigrim habitant  
Sabi, lingua  
aranda usi, cu-  
dem ab eis scri-  
bendi uti per  
uti apud D. J. D.  
mi. Arab. v. l. c.

Duravit hoc scribendi genus vsque ad Muhammedem. Certum autem tempus, quo vulgari in Arabia coepit, ne coniectura quidem assequi possumus. In tabulis chronologicis, quae interrogatis ill. *Michaëlis* ad societatem iter Arabicum instituentem, in fine additae sunt, *Schamer*, *Maleci* filius, Rex Homeritarum [a tremore, qui ipsum occupare solebat شمر يترعش *Schamer tremens* cognominatus] qui 900 circiter annos ante Christum vixit, portae urbis *Smarcand* literis Homeriticis inscripisse dicitur, *A Sana ad Sa-*

<sup>14</sup> Septimus, cui literae ex Alphabeto deficiebant, appellabatur العربية *vespera*. I. H. *Michaelis* diss. de hist. ling. Arab. p. 15. *Pococke* Specimen H. A. p. 317. 318.

<sup>16</sup> Eadem sententia probatur in dissertatione de eo quod Arabes ab Aramaeis acceperunt, quam praefide *Sebaldo Rauio* habuit *Ielmer Hinlopen* Traiecti Batavorum 1775. p. 46. 47. sed leuibus argumentis confirmatur.

<sup>15</sup> Lege infra verba ibn Schahnae,

*Samarcandam M. parasangae.* Quae si omnia testimoniis veterum auctorum confirmari possent, magno omnino extremae aetatis indicio et argumento forent. Sed *Abulfeda* et *Albergendi*, auctores Arabes, quorum relatione innitendum est, nec Regem nominant, qui inscriptionem faciendam curasset, nec tempus, quo facta esset, constituunt. Scribit *Abulfeda*,<sup>17</sup> consentiente *Al-Bergendi*, ut ex *Herbeloti* Bibliotheca orientali<sup>18</sup> intelligimus,

قال ابن حوقل ورايت علي باب من ابواب سمرقند يسي  
باب كثن صفحة من حديد وعليها كتيبة يزعم اهلها  
انها بالحربية والباب من بنا تبع ملك الين فان من صنع  
الي سمرقند الف فرسخ وان ذلك مكتوب من ايام تبع

„Refert Ebn Haucal, Vidi supra Samarcandae portam, quae porta Casch nominatur, ferream laminam cum inscriptione, quam ciues Homeriticam esse ferunt, a quorum Rege [Toba<sup>19</sup>] aedificata est porta, *A Sana ad Samarcandam mille parasangae.* Eiusdem Regis tempore facta est inscriptio. — Ferrum etiam, in quo insculptum fuisse dicitur, quod facile rubigine consumitur, medio-crem tantum attingere potuit aetatem.

#### DE SCRIPTURA CVFICA ET CARMATICA.

Sed mittamus ambigua et ignota; ad certiora progrediamur. Post Homeritarum scripturam succedit alia, quae magnam famae celebritatem apud Arabes consecuta est, et tempore insequenti a *Cufa*, vrbe Iraci, vel Chaldaeae ad Euphratem [aedificata anno XVIII post fugam Muhammedis, post Christum natum DCXXXIX]

B

nomen

<sup>17</sup> In descriptione Chorasmiae & Ma-uarahnahrae. Exstat arabice & latine in Geographiae veteris scriptoribus Graecis minoribus, ab *Hudsonio* editis Vol. III. Oxonii 1712. 8. p. 62.

<sup>18</sup> In voce *Samarcand.* Ed. Traiecti ad Mosam p. 738.

<sup>19</sup> *Toba* titulus communis fuit Regum Homeritarum, ut Romanorum *Caesar.* *Pocoke* Spec. p. 56.

nomen *Cusicae* inuenit. Ibi enim, teste Firusalbadense, <sup>20</sup> nitidissime picta fuit.

الكوفة ... اختطت فيها خط العرب ايام عثمان خطها  
السايب بن الاقرع التغفي

*Cusae*, inquit, [elegant] scriptae sunt literae Arabicae regnante Otmano [Chalifa tertio] a Saieb filio el-acra [calui] Tecafensi. <sup>21</sup> Auctor huius scripturae vulgo habetur *Moramer*, vel rectius *Marar* <sup>22</sup> filius *Morrae*, مرار بن مرّة, ex *Anbar* اذبار Iraci vrbe oriundus, qui paucos ante Muhammedem annos vixit. Is forte

negotii caussa in Arabiam profectus, ibi scripturam vernaculam, quae Chaldaica, vel vetus Syriaca fuit, publicauit, e qua postea, mutatis paullulum figuris, Cusica illa, Syriacae haud dissimilis, prognata videtur. <sup>x</sup> Haec quidem, vt omnibus, quae noua sunt, quamuis delectent, accidere solet, non statim praeualuit: postea vero, cum Coranus eadem scriptus fuerit, vna cum hoc libro, Asiae incolis tanquam diuinus vi et armis inculcato, communis celebrisque euasit. Qua auctoritate floruit per CCC annos, licet in moneta et in quibusdam monimentis sepulcrorum vsque ad septimum Saeculum post Muhammedem, <sup>23</sup> atque in titulis librorum Africanorum <sup>24</sup> ad hunc vsque diem perdurauerit. Praeter numorum

rum

<sup>20</sup> In Lexico suo, in voce كوفه

<sup>21</sup> تقيف *Takif* est nomen patris familiae cuiusdam e tribu *Hanafinorum* هو ان بن, vnde nomen gentis, *Tecafensis*, factum.

<sup>22</sup> *Marar*, non *Moramer* vbique nominatur ab Ebn Chalicano.

<sup>23</sup> Vidi numum aeneum, cum inscriptione Cusica, a sexto Eubitorum Rege *Al-matec al-adel*, *abu-becer*, *ebu el-camel*, anno DCXXXVII. [A. C. MCCXXXIX] Mareдини cusum. Moni-

mentorum Arabicorum, quorum exempla nobis tradidit ill. Niebuhr in descriptione Arabiae [Tab. VI. VII. VIII.] primum scriptum est a. CCCXLV [A. C. MLII] tertium anno CCCXCIX [A. C. MXXXVIII].

<sup>24</sup> Vt in titulo arabico calendarii turcici, quod *Velschius* edidit. Georg. Hieron. Velschii commentarius in *Ruzname Maurus*, siue tabulae aequinoctiales noui Persarum et Turcarum anni. August. Vindelic. CIDIOLXXVI.

x vix ut credam  
ad du cor, unum  
hominem fuisse  
7 care ad norm  
in arbia fuisse  
turam innotu  
lendum.



وحررفها منفصلة غير متصلة كانوا يبنون العامة من تعالها  
فلا يتعاطاها أحد إلا بانهم فجات ملة الإسلام وليس بجميع  
اليس من يقول ويكتب جميع كتابات الأمم من الشرق  
والغرب اثنا عشر كتابة وهي العربية واليونانية والفارسية  
والعبرانية والرومية والقطبية والبربرية والأندلسية  
والهندية والصينية ٤

Quod ad scripturam attinet, primus qui Arabice scripsit, vulgo ha-  
betur Ismael [Abrahami filius], sed in confesso est apud eruditos,  
MARAR FILIUM MORRAE, ANBARIENSEM fuisse inuentorem. Fertur  
enim a familia Morrae et ex urbe Anbar in vulgus diffusam esse scri-  
bendi artem. Refert Ashai <sup>28</sup>, memoriae traditum esse, Coreischitas  
aliquando interrogauisse quosdam Arabum, vnde accepissent scripturam.  
Respondisse eos, Ex Hira. [oppido Mesopotamiae, Cufae propin-  
quo] Alios, quos interrogauissent, dixisse, Ex Anbar. Referunt filius  
Calbi, et Haitam filius Adae, transtulisse hanc scripturam ab Hira  
in Hegias Harbum filium Omaia, filii Abd Schems filii Abd Menaf  
Coraischi, Omaui, <sup>29</sup> eumque primum ab urbe Hira Meccam pro-  
fectum esse, vt ibi hoc scribendi genus publicaret. — Interrogatum  
fuisse Abu Sofian, filium Harbi, a quonam accepisset pater eius scri-  
pturam, qua uteretur. Respondisse, Ab Aflamo filio Sadrae, Afla-  
mum iterum ab eius inuentore Marare filio Morrae. — Initium ce-  
pit haec scriptura paullo ante Islamismum. Inter ingenuos iam rece-  
ptum erat aliud scribendi genus, quod al-mosnad dicebatur, quia literae  
eius separatae, non coniunctae fuerunt. Vulgus tamen omnino negligebat  
artem scribendi, nec quisquam fuit, qui studiose ad eam incubisset.  
Quam ob rem, orta religione Islamitica, neminem fuisse ferunt, qui  
legere

<sup>28</sup> Integrum nomen **أبو سعيد**  
**عبد الملك بن قريش**

<sup>29</sup> Vide Golii Lexicon arabico - la-  
tinum p. 162.



legere et scribere potuisset. — Omnia populorum scribendi genera in Oriente et Occidente sunt duodecim [decem], scriptura Arabica, Graeca, Persica, Hebraica, Romana, Coptica, Barbara, Andalusica [Hispanica], Indica, et Sinica.

Paullulum a scriptura Cufica differt, quae *Carmatica* dicitur. Carmatae nomen habent a famoso fraudatore, ex urbe *Hamadan Carmat* oriundo <sup>30</sup>, gens impia et infamis, quae per dimidium fere Saeculum Syriam, Chaldaeam, et Arabiam omni scelere vexavit. De eorum scribendi modo refert *Firusabadensis* in Lexico, in voce *Carmat*,

أَلْقَرْمَطَةُ دَقْدَقُ الْكُتَابَةِ وَمَغَارِبَةُ الْإِخْطَةِ وَهِيَ قَرْمِطِيَّةٌ

*Carmata* dicitur subtilitas scripturae, linearumque coarctatio, et hoc scribendi genus *Carmaticum*. Idem sine dubio genus fuit, cuius specimen cel. *Niebuhr* [in descriptione Arabiae Tab. IX.] nobis tradidit, quod etiam in inscriptionibus Puteolanis [descriptis a *Relando* in diff. de numis veterum Hebraeorum et marmoribus Arabicis Puteolanis p. 153. et in libello italo-gallico, *la guide des étrangers par Poussol*, par *Pompée Sarnelli*, traduite par *Antoine Bulifon* pag. 70.] animaduertimus. In Delphinatu item, et Panormi in Sicilia, auctore *Relando*, repertae sunt eiusmodi inscriptiones. E quo intelligimus, hoc scribendi genere non modo Arabes orientales, sed in primis occidentales vfos fuisse, qui Africam et Europam inuaserint. Omnium vero, quae vnquam publicata fuerunt, huius scripturae speciminum splendidissimum aequae accuratissimum, tabulis ligneis incisum, cum eruditis communicauit ill. *de Murr* [in descriptione Norimbergae. *Christoph Gottlieb von*

<sup>30</sup> Historiam eius referunt *Gregorius Abulfaragius* in historia dynastiarum, edita a *Pocokio*, Oxon. MDCLXIII. p. 274. 275, [ob typographi errorem 266, 267.] et latinae versionis p. 179.

180. *Elmacinus* in historia Saracenicā, edit. *Erpenii* p. 174. et *Abulfeda* in annalibus Moslemicis, versionis *Reiskii* Tom. I. p. 218. Primum prodierunt Carmati anno cclxxvii. [A. c. 890.]

*al ano lhi/2. 890*



von Murr Beschreibung der Merkwürdigkeiten Nürnbergs. Nürnberg 1778. 8. ], inscriptionem exhibens Carmaticam, quae in fimbria pluuiialis Imperatorii, Norimbergae custoditi, auro textili fulget.

DE SCRIPTVRA ARABVM RECENTIORI.

Cum scriptura Cufica propter rudes literarum figuras, et ob ingentem, quam postulabat, librorum molem molesta fuerit et minus pulcra, Arabes, venustatis scriptionis amantissimi, volubilitatem atque elegantiozem eam efficere certatim studuerunt. Qua ratione, vt e Syriacis Cuficae, ita ex his iterum literae Arabicae recentes enatae sunt, quae نستحي *Neschi* vulgo nominantur. Primus, qui scribendi artem egregie calluisse dicitur, fuit *Abu Ali Mohammed, filius Ali, filii Moclæ*, vulgo *Ebn Moclæ*, Bagdadensis, mortuus anno post Christum natum DCCCCXXXVIII, vel, vt alii effirmant, frater *Abu Abd-Allah el-Haffan*. Ille e veteribus literarum notis nitidiores, quibus nunc vtuntur Arabes, primum formauit, quamuis rudior adhuc et minus exulta fuerit institutio eius. Persecutus est vestigia illius *Abu 'l Haffan Ali, filius Helalis*, vulgo *Ebn Bauuab*, defunctus anno MXXXI. Is literas eius ad volubilitatem magis rotundare et elegantia augere studuit. Primus enim calamo fisso et acuminato vti incepit, quo multo leuioribus pulcioresque formare literas potuit, quam *Marar* et *Moclæ*, qui stilo, vel calamo crasso et ad formandas subtiliores lineas inepto vtebantur. Ita perfectum fuit recens scribendi genus, quo ab eo tempore in Corani exemplis aliisque libris scribendis vsi sunt Arabes. Qua ratione eandem apud eos auctoritatem obtinuit, quam scriptura quadrata apud Iudaeos. Sed expolire illud, et aptis lineolis condecorare non cessauerunt. Praeter alios celebres fuerunt *Abuddor Iacut filius Abdallae, Mauselensis*, qui arte scribendi ceteris omnibus antecelluisse, et alius *Abuddor Iacut filius Abdallae, Errami*, qui ornatiorem quandam huius scripturae modum inuenisse dicitur.

His

His Arabum excolendae scripturae suae studiis exsistere variae scribendi formae, literarum lineis ornamentisque distinctae, sed omnes e communi illa veluti radice tanquam furculi enatae. Ad eas pertinent forma *Diwani* ديواني, qua principum codicilli et diplomata scribuntur; forma *Diilt* vel *Rihani*, ab auctore ريحان vel راحن ita nominata, quae literas maiores exhibens, monumentis librorumque titulis inferuit; forma *Taalic* تعلق Perfaram, et huic haud dissimilis *Rocai* vel *Kirma*, قرمة qua Turci et Arabes epistolas familiares scribunt.<sup>31</sup> Magis diuertit ea, qua hodie *Mauritani* vtuntur مغربي, qui non solum alium Alphabeto ordinem tribuunt, Hebraico et Homeritico respondentem, et inde *Abagid* illud nominant, sed literas etiam *Fe* et *Caph*, itemque vocales alio modo effingunt.<sup>32</sup>

Forte non ingratum, neque ad probandum, quae diximus, ineptum erit, subiicere hic breuem virorum, quos supra laudauimus, historiam, vt ab auctoribus Arabicis, in primis *Chalicano*, traditur.

Vitam *Ebn Moclae*, literarum Arabicarum inuentoris, refert *Ebn Chalican* in virorum illustrium historia, sub titulo *Muhammed* his verbis,

<sup>31</sup> Exempla omnium praebet cel. Niebuhr in descript. Arabiae Tab. XIII. et Grammaire Turque, a Constantinople 1730. 4. p. 2.

<sup>32</sup> *Fe*, في *Caph*. Puneta vocalia hoc modo ب Ba, Bi, et Tefchdid ita A formant, et loco *Hamfæ* puncto crasso flauo aut viridis coloris vtuntur. Forma haec optime discitur e libro Danico nuper edito, *Justiz-*

*Raads Georg Höst Esterretninger om Marokos og Fes. Kööbenhavn 1779. 4.* vbi in Tab. xxviii, xxix, xxx. epistolae Mauritanicae quatuor inueniuntur.

<sup>33</sup> Titulis libri vtilissimi, nondum apud nos editi, est كتاب رقيات الاعيان و انبا انبا الزمان تاليف الشيخ الامام العالم العلامة قاضي الغضاة شمس الدين آبي

أبو



in obedientia

fuit — <sup>34</sup>. Mortem obiit die XI mensis Scheual anno CCCXXVIII  
<sup>35</sup> [Chr. 939] — Natus erat Bagdadi <sup>36</sup> feria quinta, tempore pomeridiano <sup>36</sup>, nono die mensis Scheual, ducentesimo septuagesimo secundo anno [Chr. 885.] — Primus has, quibus nunc utimur, literarum notas in locum Cuficarum substituit, quas deinde Ebn Bauuab reddidit perfectiores —.

die Saturni  
 hunc enim p-  
 mense arabes  
 يوم الخميس  
 h. e. dies quinta.

De eodem Ebn Moclā scribit Ibn Schahna in historia orientali [مرضه المناظر في التواريخ لابن الشحنة] ad annum CCCXXVI.

وابن مقلّة هذا هو صاحب الخط الحسن المشهور وهو ارل من نغل من الخط الكوفي المولد الي طريقة العربية الحسنة وكان بعده بن ابواب فزاد في تعريبه وبلغ الغاية به  
 h. e. Moclensis inuenit eximiam scripturam, e peregrinis illis literarum notis Cuficis Arabicas longe nitidiores efficiens, quas postea Ebn Bauuab perfectas absolutasque reddidit.

Addit epigramma in Moclensem.

فصاحة حسان وخط ابن مقلّة ونعرة دارن وعفة مريم  
 اذا اجتمع في المرأ مفلس ينادي عليه وما يبلع بدمهم  
 Hassanis eloquentia, Moclensis scriptura, Davidis suauitas vocis et  
 Mariae castitas,

Si in vno, licet pauperrimo homine, consociata sunt, is profecto pecunia aestimari non potest.

C

Ebn

<sup>34</sup> Quae hic de expeditionibus Moclāe refert auctor, recte ex eodem recenset d'Herbelot sub tit. Moclā.

für biblische und morgenländische Literatur Th. II. S. 44.] qui Moclensem anno CCCXXVIII. mortuum esse affirmant.

<sup>35</sup> Repugnat Ebn Chalican Herbeloto [in Biblioth. orientali tit. Moclā, edit. Paris 1697. p. 589. ed. Traiecti ad Mosam 1776 p. 594.] et Köhlero [Repertorium

<sup>36</sup> Baad al asar est tempus, quod inter preces pomeridianas et vespertinas intercedit. V. Niebulr description de l'Arabie p. 95.

*Ebn el - Bauuabi* historiam his verbis tradidit Ibn Chalican, sub titulo *Ali*,

أبو الحسن علي بن هلال المعروف بابن البواب الكاتب المشهور لم يوجد في المتقدمين ولا المتأخرين من كتب مثله ولا قاريه وإن كان أبو علي بن مغلة أرل من نقل هذه الطريقة من خط الكوفيين وأبرزها في هذه الصورة فله بذلك فضيلة أسبق وخطه أيضا في نهاية الحسن وقيل أن صاحب الخط المشهور ليس أبو علي المذكور وإنما هو أخوه أبو عبد الله الحسن . . . . . لكن ابن البواب هذب طريقته ونقحها وكساها طلالة وبهجة . . . . . وتوفي ابن البواب يوم الخميس ثالث جمادى الآرل سنة ثلث وعشرين وأربعماية ودفن في جوار الإمام أحمد بن حنبل

*h. e. Abu'l Hassan Ali, filius Helalis* <sup>37</sup>, *celebris nomine filii Bauuab, fuit scriba summus, quem nemo et ante eum, et post eum scribendi arte affecutus videtur. Quamvis Abu Ali ille, Mochaë filius, primus recentes literarum figuras ex antiquis Cuficis formauerit, ideoque primarum partium gloria ipsi debeatur, atque etiam fuerit scriptura eius ad magnam elegantiam perducta: [A quibusdam non Abu Ali ille nitidiorum literarum inuentor habetur, sed frater eius Abu Abd Allah el - Hassan* <sup>38</sup>] *tamen Ebn Bauuab excoluit literas eius, easdem et volubilitate et venustate augens. — Mortuus est filius Bauuabi feria quinta, tertio die mensis Gemadi prioris, anno CCCCXXIII [Chr. 1031]* <sup>39</sup> *sepultusque prope Imperatorem [Imam] Ahmedem, Hanbali filium.*

Se-

<sup>37</sup> *Helal* h. e. Luna. Nomen tribus Arabicæ ex Hauafinis. *Golius, d'Herbelot* in tit. *Bauuab* mendose eum *ben Hala* nominat.

<sup>38</sup> *Abu Abd Allah el-Hassan* natus est a. fugæ CCLXXVIII, mortuus CCCXXVIII.

<sup>39</sup> *Alii* CCCCXIII Chr. MXXI. *Herbelot. Köhler. l. c.*

Sequitur epigramma in eundem Ebn Bauuab.

استشعر الكتاب فقد كى سالفا <sup>40</sup> رقت بصحة ذلك الايام  
فلذا كى سوت الدر كابة اسفا عليك وشقت الاقلام

*Moerore affecta fuit scriptura, te obeunte. Cuius veritatem tempus probavit.*

*Nam te dolens nigrescebat atramentum. Lugebant te calami, & findebantur.*

De *Iacuto Mauselensi* haec refert Ibn Chalican, in virorum illustrium historia, sub titulo *Iacut*,

أبو الدر ياتوط بن عبد الله الموصلي الكاتب الملقب  
أمين الدين المعروف بالملكي نفسه الي السلطان ملك شاه  
بن سلجوق بن محمد بن ملك الاكبر نزل الموصلي  
راخذ النسخ عن أبي محمد بن الدهان رقا عليه من  
تصانيفه جملة وكان يلائمه رقا عليه ديوان المتنبي....  
ولم يكن في آخر زمانه من يقارنه في حسن الخط ولا يوري  
طريقة ابن البواب في النسخ شله مع فضل عزيز ونباهة تاته  
ركان يعرف بنسخ كتاب الضحاح الجوهري وكتب  
منه نسخ كثيرة كل نسخة في مجلد واحد ورايت  
منها عدة نسخ وكل نسخة تباع بباية دينار وكتب عليه  
خلف كثير وانتفعوا به.... وتوفي أمين الدين المذكور  
بالموصل سنة ثمانية عشر وستماية 6

h. e. *Abuddor Iacut, filius Abdallae Mauselensis* <sup>41</sup> *scribendi artis peritus, cognomine Aminoddin, quem nomine el-maleki distinguere solent,*

<sup>40</sup> سالفيا

miae, in occidentali ripa Tigris, cui in-

<sup>41</sup> *Mausel*, vrbs celebris Mesopota-

orientali opponitur *Ninive*.

lent, habitavit Mauselae regnante Malecschah filio Selgiuc, filii Mo-  
hämmed, filii Malec el-acbar [Imperatoris inuicti]. Praeceptore  
usus est Abi Mohammed Dihanense, qui eum non solum Grammaticen  
docuit, sed omnium generum libros, in primis carmina Motenabbi ex-  
plicauit: assiduus eum audiuit. — Nemo arte scribendi ei par putan-  
dus, neque Bauuabi scriptiones suis venustate elegantiaque exaequandae  
sunt. Celebris fuit descriptione Lexici Giauhari, cuius multa exempla,  
quodlibet in volumine unico <sup>42</sup> absoluit. Vidi eorum plura, singulum  
venditum centum dinaris. His exemplis usi sunt posteri, tum ad alia  
ex iis describenda, tum ad corrigenda cetera. — Mortuus est Amin-  
oddin Mauselae anno DCXVIII [Chr. 1221] <sup>43</sup>

Nouissimi, quem laudauimus, literarum Arabicarum emen-  
datoris mentionem facere non potuit Ebn-Chalican, cum post  
eum vixerit. Nomen eius fuit, vt Herbelot et Köhler nos docent,  
<sup>44</sup> *Abuddor Iacut ibn Abd-Allah er-Rumi al-Mostaafemi*  
*أَبُو الدَّرِّيِّ يَاقُوتَ ابْنِ عَبْدِ اللَّهِ الرُّمِّيَّ المِستَعِصِي*  
<sup>45</sup> calligraphus et poëta. Hic literas Arabicas nouis lineolis con-  
decorasse et illud scribendi genus, quod hodie *الياقوطي*  
*Iacutense* <sup>46</sup> dicitur, inuenisse fertur. Obiit Bagdadi, die IV men-  
sis Giafar, anno DCXCVII [Chr. 1297.]

<sup>42</sup> Id quod literis Cufensibus effici  
non potuit.

<sup>43</sup> Mendose *Repertorium für biblische  
und morgenländische Litteratur* l. c. eum  
mortuum dicit anno DCXXI. (Chr. 1215.)

<sup>44</sup> d'Herbelot *Bibliothèque orientale*  
tit. *Bauuab* ed. Paris p. 195 ed. Tra-  
iecti ad Mosam p. 179. Köhler in Re-

pertorio für biblische — Litteratur T.  
II. p. 43.

<sup>45</sup> *Rumi*, Romanus. Ita Graecos  
vocant. *Mostaafemensis* cognominatur,  
quia Mostaafemi, vltimi Abassidarum  
Chalifae, ab epistolis fuit.

<sup>46</sup> Cuius formam exhibet *Gram-  
maire Turque, à Constantinople* MDCCXXX.  
4. p. 2.

DE-



DESCRIPTIO LIBRORUM CUFICORUM HAFNIENSIVM ET  
DE SCRIPTVRA CUFICA DISQVISITIO SPECIALIS.

**P**raemissa hac de scribendi arte apud Arabes differtatione generali, ad describendos codices Hafnienses, quos ab initio laudauimus, nouasque in scripturam Cuficam obseruationes ex iisdem faciendas progrediamur.

Exstant Hafniae in Bibliotheca Regia particulae quinque variorum Coranorum, literis Cuficis, in membrana densa et firma ab ambobus lateribus scriptae et more librorum nostrorum consuetae, in forma, quam *quartam* dicunt; perantiquae, bene conseruatae, & ideo magnae praestantiae.

Prima particula, forma maiori, literisque maximis, atramento nigerrimo scripta continet XXXIV folia. Incipit a capitis LIX medio versu XVII vocibus **اذي اخاف الله** Definit capite LXIV, versu I, vocibus **ما في السوات** inclusis. In medio codice defunt folia duo a vocibus **القدرس السلم النبي** Capitis LIX, v. XXIV. ad voces **قد كانت لكم** capitis LX, v. IV. exclusis.

Codicis secundi reliquiae formae minoris, paullulum vetustate contritae et exolescentes, habent folia LVIII, exhibent cap. XX, v. LXXI. **قلنا لا تخف** ad capitis XXIII versum LVII inclusum, quo finito claudit paginam vox a ceteris separata **ايه** [ايه forte] auro obducta. Sequuntur paginae quatuor, figuris lineisque variis et auro ornatae. Forte pars quaedam, vel volumen Corani, hoc versu finitum fuit, cum ob maiores literas in vno volumine totus scribi non potuerit. Huius codicis, qui puncta vocalia et diacritica optime exhibet, paginam vnā, accurate descriptam [in Tab. II.] huic libello annexui. Continet priores versiculos capitis XXII Corani. Quae auro picta sunt, flauo colore indicanda curauit.

Ter-

Tertium fragmentum, satis incolume conseruatum constat e LV foliis, a capite XXI, v. XVIII medio **ناهق وكم الويل** ad cap. XXII, v. LXII. **مخضرة ا** deficiente folio vno ab initio versus XLII capitis XXI, ad v. XLIV vocem vltimatum **يصحبون** quae in folio sequenti prima est.

Quarta particula nigro colore nitide scripta, formae maxime, habet folia XII nitide scripta a cap, XIX v. XXIX medio **وتالله** ad vocem primam vers. LVIII capitis XXI **ما كان ابوك**, Defunt folia duo a C. XX v. CII. **رفحش** ad cap. XXI v. XXVIII **ايديهم** excluso.

Quatuor his fragmentis inscriptum est nomen *Friderici a Bockwoldes*, et vltimo etiam annus *Cairi 1626, 18 Martii*.

Quintum denique formae vulgaris exhibet folia XXIX satis nitide scripta, a cap. XXIII v. LII **الي مربة** ad cap. XXIV v. XXVI **ورزق**

Adiuncta est his reliquiis epistola gallica *Furmonti maioris*, [quondam Professoris linguae Arabicae et Sinicae in collegio Regio Parisiensi] qua eorum praestantia confirmatur, et quatuor folia leuiter explicantur.

*Mémoire de M. Fourmont l'aîné sur les quatres feuilles du MS. de Copenhague, envoyés par M. le Comte de Phélo.*

Ce qu'on peut dire sur ces 4 feuilles, se réduit à ceci — — —  
Le caractère est visiblement de l'Arabe, mais un Arabe Kioufique ou de Cusa en Mesopotamie. L'arabe Kioufique a eu une certaine vogue pendant les 2 ou 3 premiers Siècles du Musulmanisme, mais dans la suite cette écriture presque en tout Syriaque, et en cela fort défectueuse parcequ'elle ne représente, que fort imparfaitement les caractères arabes, et qu'il est comme impossible qu'elle les fasse distinguer, [errare auctorem, infra videbimus] a été pour cela même abandonnée, l'autre caractère, c'est à dire, celui d'aujourd'hui ayant été inventé, qui paroissant

sant et étant effectivement beaucoup plus facile à écrire, est resté seul en usage. De la rareté des MS. Kioufiques on compte qu'il y en a peu dans le monde. <sup>47</sup> — Dans la Bibliothèque du Roi de France il n'y a pas de MS. uniquement Kioufiques, mais nous y trouvons quelques lignes ou demilignes Kioufiques de tems en tems, trois ou quatre quelque fois dans tout un MS. in folio, d'où l'on peut conjecturer, qu'à presque le caractère Kioufique a été hors d'usage, et est devenu une espèce de Majuscule, dont par emphase et pour parade de Science on se servoit dans les titres seulement. [Non ita fuit olim.] On rencontre encore quelques medailles et quelques vieilles Inscriptions en Kioufique, mais les Arabes mêmes ne les entendent qu'avec difficulté et quelque fois point du tout. — Les quatre feuilles sont en lettres noires avec quelques points rouges, mais ad ornatum seulement. [Minime, vocalium locum tenent.] C'est un Espèce d'Alphabet Kioufique ou plutôt un Assemblage de lettres et de Syllabes, mis selon toutes les apparences à la tête du MS. pour en rendre la lecture plus aisée. [Folia sunt eorundem codicum, quos supra laudavi, versus quosdam Corani continentia.] — Il seroit utile pour le bien des langues orientales, qu'on nous copiat un plus grand nombre de feuilles du MS. de Danemarc, et surtout qu'on nous donnât un texte suivi — L'écriture est difficile à lire à cause de l'absence des points distinctifs. [Sed puncta haec minime defunt.] cet.

In

<sup>47</sup> Praeter codices Hafnienfes in Europa exstare dicuntur, Romae in Bibliotheca Vaticana liber Psalmorum arabicus, literis Cuficis, cum textu hebraico interlineari (Steph. Euodii Assemani Catalog. Bibliothecae Mediceae Laurentianae Florentiae 1742 p. 71.), et partes Coranjoim Cuficorum in Bibliotheca Guelpherbitana (Niebuhr descript. de l'Arabie. Préface p. xxiii) Casselana (C. B. Michaëlis diff. de historia

linguae Arabicae §. x. p. 14.) atque inter libros Io. Grauii (Pococke Specimen hist. Ar. p. 158.) Iac. Golii (Hottingeri Promptuarium, Heidelberg. 1658. p. 105.) Iobi Ludolphi (ibidem) Sebastiani Schobingeri, olim Sangallensis Reipubl. consulis (Hottingeri Smegma orientale Heidelberg. 1658. p. 37.) cuius *απογραφή* ipse habuit Hottingerus (Thefaur. Philol. p. 401. Promptuar. p. 105. 151.)

In primis quaerendum esset de aetate et scriptoribus horum codicum: sed nihil certi indagare potuimus. Antiquissimos tamen esse, vel ex eo patet, quod literae, quibus scripti sunt, Cusicae, iam ante multa Saecula obsoletae fuerint. Si enim, vt supra animaduertimus, scriptura Cusica, Muhammedis circiter aetatem inuenta, trecentos tantum annos obtinuit eam auctoritatem, vt Corani eadem scriberentur: manifestum est, codices nostros intra trecentos illos annos, qui a saeculo septimo post Christum natum ad nonum pertinent, scriptos fuisse, et ad mille annorum aetatem minimum prope accedere. Quam ob causam ill. *Chardin* Corano suo Cusico, cuius specimen in itinerario nobis tradidit, amplius mille annorum aetatem tribuit <sup>48</sup> et cel. *Niebuhr*, codicem Cahirinum, cuius duas paginas describi curauit, ex Arabum sententia, ab Omaro ipso, mortuo A. C. DCXLIV, scriptum affirmat <sup>49</sup>. Illud etiam verisimile videtur, inter codices Hafnienses eum, quem primo loco posui, ceteris aetate praestare, tum quia puncta diacritica fere nulla, tum vocalia ceteris rariora habet, quamquam id in libris Arabicis, vbi puncta ea ex scriptoris arbitrio vel adduntur, vel omittuntur, certo aetatis indicio esse non possit.

Inter

<sup>48</sup> *Voyage du Chevalier Chardin en Perse, à Amsterdam 1735, in 4. Tom. II. p. 168 f. ,, La figure V. X. [Tab. LXXI. LXXII.] est un échantillon d'un chapitre de l'Alcoran en Cusique. Les lettres en sont encore assez noires, bien formées et avec des points rouges. On le croit ancien de plus de mille ans, et une des premières copies de l'Alcoran, que l'on écrivoit au commencement sur des feuilles de velin, pour le conserver plus longtems. ,,*

<sup>49</sup> *Carsten Niebuhr description de l'Arabie. Copenhague 1773. 4. p. 84. ,, L'on voit sur la IV. et V. Planche une*

feuille copiée d'un Coran, qui est écrit sur du parchemin et conservé comme un grand trésor dans la Bibliothèque de l'Académie Diamea et ashar à Cahira, parcequ'on croit, que le Calife Omar l'a écrit de sa propre main. ,, *Otmanni Chalifae autographum Corani seruatur Damasci. Bartholomaeus Edessenus in consutatione Hagareni apud le Moine in var. Sacr. p. 422. Και το πρωτοτυπον τουτου (Κουρανιου) εκ χειρος τῆς Οθμανου κειται εις την Τρουλλαν της Εκκλησιας του προδρομου εις την Δαμασκον εις το Τζεμεην [h. e. Giamea جامة] λεγομενον, ο εστιν Συναγωγη τοπου.*

Inter hanc codicum examinationem varietatem aliquam lectionis, si cum *Hinkelmanni* Corano conferatur, obseruavi, cuius quoque specimen, antequam ad obseruationes speciales progrediar, tradam.

*Varietas lectionis in codice primo.*

MS. Hinkelmann.

MS. Hinkelmann.

*Sura LIX.*

v. 17. العالمين العالين

18. عاقبتنها عاقبتنها

خالدين خالدين

19. يا أيها يا أيها

20. الغاسقون الغسقون

21. أصحاب أصحاب

الفايزون الفيزون

22. خاشعا خاشعا

23. والشهادة والشهادة

24. السلام السلام

*Sura LX.*

v. 4. bis أبراهيم أبراهيم

برأ cum linea rubra perpendiculari inter

et

pro برأ

7. عاديتهم عاديتهم

8. دياركم دياركم

9. وظاهرا وظاهرا

أخر أجمكم أخر أجمكم

يا أيها يا أيها 10. 12. et 13.

المؤمنات المؤمنات 10. bis

مهاجرات مهاجرات

بايمانهن بايمانهن

راسلوا راسلوا

واليسلوا واليسلوا

11. أنرجكم أنرجكم

12. المؤمنات المؤمنات

بمايعنك بمايعنك

فمايعهن فمايعهن

13. أصحاب أصحاب

*Sura LXI.*

v. 1. السموات السموات

الرحيم الرحيم

يا أيها يا أيها 2. 10. 14.

2. علي الله Defunt voces

D

MS.

Bibliothek der  
Deutschen  
Morgenländischen  
Gesellschaft

MS. Hinkelmann

MS. Hinkelmann

4. يقاتلون يقتلون  
 5. يا قوم يقوم يقوم  
 6. يا بني يمني يمني  
 بالبينات بالبينات

II. رارا رارا  
 ..... ولها تجارة لهما  
 الرزقين الرزقين  
 Sura LXIII.

In tit. et v. I. 7. et 8.

الاسلام الاسلام  
 8. الكفر الكفر  
 11. باموالكم باموالكم  
 12. ومساكن ومساكن  
 14 bis حورين حورين

المنافقين المنافقين  
 Sed recte v. I. posterior  
 الكاذبون الكاذبون  
 ايمنهم ايمنهم  
 اجسامهم اجسامهم

Sura LXII.

السموات السموات  
 2. الاميين الاميين  
 آياته آياته  
 6. 9. يا ايها يا ايها  
 صادقين صادقين  
 7. بالظالمين بالظالمين  
 8. ملاقيةكم ملاقيةكم


لورا لورا  
 6. الفاسقين الفاسقين  
 7. السموات السموات  
 9. اموالكم اموالكم  
 ارلانكم ارلانكم  
 10. ما من قناكم من ما من قناكم  
 الصالحين الصالحين  
 Sura LXIV.

v. I. السموات السموات

Numerus versuum vbique cum Hinkelmanniano conuenit.

In codice II titulus S. XXI est الانبيا مائة واحدي عشرة آية

Titulus



Titulus Surae XXII الحجج سبعون وست آيات  
 Surae XXIII المومنين مائة وتسع عشرة آية  
*In Codice tertio* titulus Surae XX طه مائة وثلاثون واثنان  
 et XXII الحجج سبعون وخمس

Non magni pretii esse has varietates, e specimine facile perspiciamus, cum omnes fere in eo consistant, quod literam Elif quiescentem eiiciant. Itaque cetera cum Corano Hinkelmanniano conferre et accuratius varietates omnes colligere, operae pretium fuisse, non putavi.








Praeterea in omnibus hisce codicibus tituli capitibus literis deauratis praescripta sunt, versuumque initia accurate puncto maiori aereo annotata; in secundo et quarto numerus etiam denarius versiculorum in margine additus. Sed distinctio in capita Meccensia et Medinensia, vel Meccae et Medinae inspirata Muhammedi, quae in Coranis recentioribus titulis additur, omnino deficit, quod ipsum vetustatis indicium habeatur.

Sufficiant haec de forma et varietate codicum Hafnienfium. Maioris momenti sunt observationes de scriptura Cufica, quas ex iisdem faciemus. De his paullo plenius, et quidem primum de literis, earumque punctis diacriticis, deinde de punctis vocalibus et notis orthographicis dicam.

#### DE LITERIS CVFICIS.

Litterae Cuficae nostratibus minime ignotae sunt, sed, quas iis innotuerunt, sunt deformatae et genuina figura destitutae, cum non alias adhuc notas habuerint, quam quas magno labore et studio ex inscriptionibus numorum lapidumque sepulcralium eruerunt. In his enim fieri non potest, ut tam accurate diligenterque formentur, quam in charta molli, et praeterea propter iniuriam temporis et ignotam vocum interpretationem saepe tam dubiae sunt, ut

Oedipo opus effet, qui veras earum formas perscrutaretur. E quo factum, vt vnus eiusdemque literae plures numquam sibi constantes figuras habuerint. Sed contra, quas in reliquiis Coranorum Hafniensibus, de quibus agitur, cognoui literarum notae non possunt non esse meliores, cum codices hi accurate scripti et vno excepto tam incolumes conseruati sint, quam si nostrae aetatis essent, atque de certa lectione et significatione vocis, si cum Coranis, recentioribus literis scriptis, conferatur, nihil sit dubitandum. Itaque Alphabetum Cuficum e libris illis collectum et diligentissime in tabula singulari pictum, huic libello adiunxi [in Tab. I.]. Cui literas quasdam Syrorum antiquas, quas *Estrangelo* nominant, e regione addidi, vt similitudo, quae inter has et Cuficas intercedit, facilius perspiciatur <sup>49</sup>. Quae tabula ad intelligendam rectam earum et formam et originem, mihi quidem omni descriptione aptior visa fuit.

In scriptura Cufica lineae illae in primis obseruandae sunt, quibus literae maxime inter se similes *Dal* , *Sad* , *Ta*  et *Kef*  distinguuntur, quae in titulis monetarum lapidumque animaduerti non possunt. In tabula nostra videmus, literam *Dal* sinistram versus esse paullulum apertam, *Sad* vero linea clausam, *Ta* clausam linea altiore, et *Kef* apertam iterum, sed longius productam. Formae finales literarum *Gim*, *Ha*, *Cha* et *Ain*, *Gain* adhuc ignotae fuisse videntur, et forma finalis literae *Caf* plerumque pro voce  habita. Lineae, quibus cum sequentibus coniunguntur literae *Gim*, *Ha*, *Cha*, et *Sin*, *Schin*, in altum paullo tolluntur. Ceterum, id quod in tabula significari non potuit, lineae literarum *Be*, *Te*, *Se*, *Nun*, et *Ie*, si, nulla alia litera intercedente, secum connectuntur, eodem modo quam lineae literae *Sin* versus finem gradatim decurtari solent. Exemplo sunt vox   
h. e.  et aliae voces in specimine huic libello addito.

DE

<sup>49</sup> Quae literarum Cuficarum et Syriacarum inter se conuenientia forte clarius elucesceret, si ex antiquissimis codicibus syriacis specimina sumere, mihi licuisset. Consuli tamen possunt tabulae Catalogo Bibl. Mediceae Laurent. insertae.



## DE LINEIS DIACRITICIS LITERARVM.

Ad subtiliora progredimur, quae iu monetis monumentisque non reperiuntur, quia ob aeris lapidisque duritiem effingi non potuerunt, ideoque e folis libris scriptis vel eorum reliquiis cognosci possunt. Ex his primum obseruanda sunt signa *διακριτικά*, quibus literae *Be, Te, Se, Nun, Ie*; item *Gim, Ha* et *Cha; Dal, Dsal* cet. discernantur. Quae vero, cum in ambobus, quae adhuc habuimus, librorum Cuficorum speciminibus, vno a *Chardino* [in descriptione itineris Perfici Tab. LXXI et LXXII] altero nuper a *Niebuhr* [in descriptione Arabiae Tab. IV et V] tradito, non animaduertuntur, ab eruditis non ignorari non potuerunt. Non intelligo caussam, cur in speciminibus illis, quae tamen punctis vocalibus ornata sunt, omissa sint signa ea, ad intelligendam scripturam vocalibus fere necessaria. In codicibus Hafnienfibus, praeter primum, omnibus cernuntur signa quaedam literas eiusdem figurae discernentia, licet in vno frequentiora sint, rariora in altero. Sunt quidem, vt e tabula II huic dissertationi addita videmus, non puncta rotunda, vt in scriptura Arabum recenti, sed lineolae, eodem loco, quo puncta illa, vel supra, vel infra literas nigro colore adscriptae.

Ad aetatem harum linearum quod attinet, eiusdem sine dubio vetustatis sunt, quam literae. Si enim sine iis inuenta fuisset scriptura Arabica, vel inter XXVIII, quibus constat, literas fuissent XXII, quae recte distingui et legi non potuissent, vel, si literae eiusdem formae vnam tantum effecissent literam, sono diuersam, totum Alphabetum non vltra XV literarum notas habuisset, quod vtrumque non probandum videtur. Verisimile quidem est, ab initio, in illa prisca artium simplicitate, non plures inuentas fuisse, sed verisimilius etiam, inuentorem mox animaduertisse, vni figurae varios sonos tribuendos esse, atque igitur figuras secundum earum sonos varietate quadam distinxisse, vt facile et sine ambiguitate legi possent.

In



## DE PVNCTIS VOCALIBVS.

Vocales etiam in reliquiis nostris, vt in illis Chardini et Niebuhri, animaduertimus. Sunt enim inter literas picta rubro colorè puncta quaedam, quae primo intuitu sine regula et ordine dispersa videntur. Itaque illa ornatus causa addita fuisse, eruditi vnanimiter putauerunt, <sup>50</sup> atque illud exinde effecerunt, scripturam Arabicam antiquam vocalibus omnino caruisse. Sed eadem ista puncta vocalium locum tenere, ex assidua obseruatione et cum Coranis recentioribus comparatione, vere videor posse contendere. Quam id recte faciam, quisque e specime in fine libelli suis oculis iudicet <sup>51</sup>. Punctum rubrum, supra literam positum, indicat vocalem A, et locum *Eathae* tenet, infra literam scriptum vocalem I, recentiorum *Kesre*, et in media litera vocalem O, vel *Damma*. Miror priscorum temporum simplicitatem, quae non solum tribus vocalium notis contenta fuit, sed omnes etiam vno eodemque signo denotauit. Sed magis mirandum mihi videtur, quod in hac vetusta scriptione *Nunnatio*, quae dicitur, [Arabibus تنوين] animaduertatur, quae artificiosae Grammatices vestigia prodit. Egregie confirmantur hac obseruatione verba Abulfaragii, quem in initio citavi, Eruditionem veterum Arabum linguae suae studium atque peritiam fuisse. Ad figuram Nunnationis quod attinet, AN scribitur duobus punctis, supra literam positis  $\frac{\circ}{\circ}$ , vel hoc modo  $\frac{\circ}{\circ}$ , EN punctis infra scriptis  $\frac{\circ}{\circ}$ , vel ita  $\frac{\circ}{\circ}$ , et ON in media linea literae additur  $\frac{\circ}{\circ}$ . Ceterum obseruandum est, non vbique addita fuisse puncta vocalia, sed in vocibus, quarum lectio facilis, saepe omissa, atque in vno codice rariora, in alio frequentiora inueniri.

„Sed

<sup>50</sup> Niebuhr descr. de l'Arabie p. 84. Furmonti epistola supra laudata. et al. a viro cel. quem ob summam eruditionem atque humanitatem veneror, iam cognouisse quaedam de his vocalibus

<sup>51</sup> Absit a me omnis ostentatio! Me primus fuisse pu' abam, qui puncta vocalia in scriptura Cufica reperissem. *Io. Henr. Hottingerum*, intellexi, in *The-sauro Philologico* edit. III. Tiguri 1696, p. 265. et pag. 401. x

Conf. J.D.  
Michaelis Anst.  
in end. v. 146.  
p. 125.

„Sed forte puncta ista recentioris sunt inuentionis, et diu post scriptas literas addita.„ Illud quidem concedo, puncta vocalia post lineas diacriticas scripta esse; saepius enim puncta rubra lineas illas contegunt oculisque operiunt. Cuius rei causa in eo esse videtur, quod scriba, quae atramento nigro scribenda essent, prius absoluerit, quam puncta rubro colore scribenda aggrederetur. Puncta vocalia eadem aetate, quam literae, scripta fuisse, e satis probabilibus argumentis concludo. Ne dicam, quae centies dicta et toties negata sunt, scriptionem, vocalibus destitutam, legi et intelligi non posse: ad alias rationes me conuertam. Illud manifestum, ad antiquam scriptionem Arabicam Cufensem pertinere puncta ea rubra, cum in recentiori lineis loco punctorum notatae sint vocales. Inde verisimile est, illa eodem tempore, quam puncta diacritica, hoc est, ab initio literis addita fuisse. Et ipsa vocalium forma priscam simplicitatem prodit. Accedit, quod scriptura Syriaca vetus, e qua Cuficam enatam scimus, simili modo vocales indicauerit. Testis est fide dignus *Assemanus* in Bibliotheca orientali. [Tom. III. P. II. p. CCCLXXVIII. feq.] „*Antiqua literarum forma, Estrangelo vel rotunda, inquit, hodie a Nestorianis adhibetur. — Una cum antiquis Syrorum literis, veterem punctandi morem conseruant, vocalium scilicet defectum per punctula siue infra, siue supra literas apposita supplendi.*„ Nonne idem, qui literas ex hoc scribendi genere mutuauit, vocalium notas ex eadem sumserit?

Non repugnant, quae satis negligenter et leuiter dicta sunt a cel. d'Herbelot [in titulo *Alcoran*], vocales scripturae Arabicae post Muhammedem inuentas esse, auctoribus non nominatis, quorum auctoritate innitur. „*Cette diversité, [les différentes leçons dans l'Alcoran] venoit principalement des voyelles, lesquelles n'étoient point en usage dans l'écriture au tems de Mahomet ni de ses premiers successeurs. Quelques-uns attribuent l'invention des voyelles à Iahia ben Iamer, d'autres à Nasser ben Assem, surnommé al-Laithi, et il y en a qui attribuent cette invention a Aboual Assouad al Dili.*„ Praestantissimus auctor interdum dormitauisse videtur. De Nasser et Abu-al-Affuad [arabice *ابن الاسود ظالم بن*

*عمر*

الدولي vel عم الديلي] nihil apud auctores Arabes relatum inueni, quod ad Herbeloti sententiam pertineret, sed de Iahia [arabice ابو سليمان يحيى ابن يعمر العدراني الوشقي النحوي البصري] quaedam in Chalicani historia virorum illustrium legi, [in titulo Iahia] e quibus Herbeloti error animaduertatur. Iahiam Grammaticum celebrem et Doctorem Basrensem fuisse praedicat, Grammaticum didicisse ab Abul-affuad al-Dauli, qui primus eam in formam artis redegerit; Poëseos quoque peritum fuisse. Addit in fine, قال خالد الخدا كان لابن سيرين مصحف منقوط نقط يحيى بن يعمر وكان ينقط بالعربية - وتوفي في سنة سبع وعشرين ومايه. Refert Chaled, fuisse viatori cuidam codicem punctis vocalibus ornatum, quae adiecisset Iahia fil. Iamer. Fuisse puncta Arabica. — Mortuus est Iahia anno 127. [Chr. 744.]

Dixi supra, scripturam Arabicam antiquam diu post inuentam recentem in titulis monetae et monumentorum sepulcralium vsurpata fuisse: sed puncta antiqua, nouis inuentis, statim dimissa videntur. Nam in titulis monimenti primi Puteolani, positi anno post Christum natum MLXXVIII <sup>52</sup>, et numi cuiusdam Arabici Mauritanici, cusi anno Christi MC <sup>53</sup>, licet vtraque inscriptio literas Caromaticas exhibeat, puncta vocalia scripturae recentioris reperiuntur, quod eo magis obseruandum, quod in inscriptionibus vetustioribus puncta non animaduertantur. Attamen nihil definiam, donec plura documenta inspicere mihi contingat.

#### DE NOTIS ORTHOGRAPHICIS.

Denique notae orthographicae duae, *Teschdid* et *Hamfa* obseruandae sunt, quae in vnico primo codice rubro colore pictae animaduertuntur

<sup>52</sup> Titulus secundi eadem puncta habet, sed Neschi esse videtur.

<sup>53</sup> Numi huius inscriptionem exhibet

ill. *Höft* in libro Danico, cui titulus: *Efterretninger om Marokos og Fes*. Hafniae MDCCLXXIX. 4. Tab. XXXIII. n. 3.

tuntur: in reliquis deficiunt. *Gesma, Wesla et Medda* omnino caret scriptura Cufica.

*Teschdid* eodem modo formatur, quam in scriptura recenti, [ء] eo tamen discrimine, quod vocalis abiiciatur, intercedente *Teschdid*, atque punctum *Teschdid* in locum vocalis, vel supra, vel infra literam, vel in media linea succedat.

*Hamfa* linea tenuis est, vel recta [horizontalis] vel inclinata, quae eadem ratione, quam *Teschdid*, vocali abiecta, eius locum obtinet. Ad literam *Elif* semper scribitur aequa, non inclinata e. c. in loco vocalis A, *اظلم* — *adlamo* Sur. LXI, 7. vocalis I, *ان* — *inna* Sur. LXII, 8. vocalis O, *الله* — *lerefulollah* Sur. LXIII, 1. Eodem modo adscribitur literae *Ie*, quae in locum *Elif* hamfatae est substituta. e. c. Sur. LXII, 5. *بيس* pro *بيس* Sur. LXIII, 8. *لين* pro *لين* Sed ad literam *Vau*, si *Hamfa* notanda est, inclinata collocatur, ita / e. c. *المؤمنين* vbique. cet. Ad literam *Elif* semper scribitur, nisi quiescit, vt Grammatici loquuntur, ibi etiam, vbi in scriptura recenti omittitur. [Quiescentem *Elif* plerumque abiici solere, e specimine varietatis lectionis supra animaduertimus.] In articulo *ال* igitur, in vocibus *في الاميين* Sur. LXI, 7. *الاسلم* Sur. LXIII, 7. *الارض* Sur. LXII, 2. et similibus, vbi forma recens desideratur, vetusta in codicibus Cuficis, vbique reperitur.

Praeterea lineolam perpendicularem rubram in eodem primo codice interdum post literam ن, vocali destitutam e. c. *من عند* Sur. LXIII, 7. faepius post Nunnationem vt c. LX, 10. *عليهم ا حكيم* c. LX, 13. *مفتنا عند الله* c. LXI, 3. *قوما غضب الله عليهم* c. LXIII, 4. *نفسا اذا* c. LXIII, 11. *صبيحة ا عليهم* E cet.

cet. animaduerti, cuius significationem, nisi forte sit signum, voces a se disiungens et separans, me non intelligere, libere profiteor.

Sed definiam descriptionem codicum Hafniensium, satis quidem longam, et forte interdum molestam, nec tamen, ut equidem puto, omnino inutilem, eademque dissertationem concludam. Responsionem qualemcumque reddit ad interrogata de Arabum scribendi modo, quae ill. *Michaëlis* eruditus iter in Arabiam iussu AVGVSTISSIMI REGIS DANIAE nuper instituentibus, proposuit. [versionis Gallicae Francof. 1763. p. 459. f.]

„Il seroit utile de rassembler les Alphabets differens des caractères Coufiques, que l'on pourroit découvrir. Il seroit surtout interessant de connoître, en quel tems on a ajouté de nouveaux caractères à l'Alphabet Arabe, qui étoit conforme à celui des Hebreux. — Il faudroit aussi tâcher de découvrir l'Epoque, ou l'on a commencé à désigner les voyelles dans l'écriture Arabe, et quels ont pu être les signes usités pour les désigner avant les signes qui sont actuellement reçus. Dans les plus anciens manuscrits, voit-on des points voyelles? — etc.,

Philologiae etiam et criticae sacrae, quae dicitur, vtilitatem afferre videtur haec de scriptura Arabum disquisitio. E qua nisi illud efficitur, HEBRAEIS OLIM FVISSE VOCALES, ARABICIS ANTIQVIS SIMPLICITATE SIMILES, hoc tamen magnam similitudinem veri consequitur, VOCALIVM NOTAS AB INITIO OMNINO HABVISSE SCRIPTVRAM HEBRAICAM. Sed ea, ne in longius producam sermonem, viris eruditus examinanda relinquo, iisque me meumque libellum quam diligentissime commendo.

*Adnotatio.* Irrepsit mendum vnum pagina VI, l. II. quod lector beneuolens ita corrigat, *Al-mosnad* — nominatur scriptura Homeritica, ab his nostris literis diuersa.


Hamburgi, apud C. E. Bohn.

*Figurae litterarum Cypicarum in libris M.S. cum Nefchi et Syr. Estrangelo comparatae.*

Syrac. ret.	<i>in fine</i>		<i>in medio.</i>	<i>ab initio</i>	Nefchi	Syrac. ret.	<i>in fine</i>		<i>in medio.</i>	<i>ab initio</i>	Nefchi
	<i>non annexae</i>	<i>annexae</i>					<i>non annexae</i>	<i>annexae</i>			
					ض	ا	<i>vt figura initialis.</i>		<i>non annectitur sequenti.</i>		ا
4					ط	ب					ب
					ظ	ت					ت
1					ع	ث					ث
					غ	ج					ج
4					ف	ح					ح
4					ف	خ					خ
411					ك	د	<i>vt</i>		<i>non anno-</i>		د
1					ل	ن	<i>figurae</i>		<i>ctuntur.</i>		ن
44					م	ر	<i>initi-</i>		<i>literis</i>		ر
111					ن	ز	<i>ales.</i>		<i>sequentibus.</i>		ز
5	<i>vt figura initialis.</i>		<i>non annectitur sequenti.</i>		و	س					س
5					ة	ش					ش
1					ي	ص					ص

*Pingling for.*





Bibliothek der  
Deutschen  
Morgenländischen  
Gesellschaft





ما تَصِفُونَ **مَالِكِ** **سُورَةُ** **الْاِنشَاءِ**  
بِسْمِ اللّٰهِ **بِالْوَجْهِ** **الرَّحْمٰنِ**  
*Tab. 11* **ذٰلِكَ** **لَا** **يَسْرٰ** **تَقُو** **اَدْبَعْمَا** **رُ**  
**ذٰلِكَ** **لَا** **لَا** **سَا** **عَهْ** **شِي** **عَظِيْمٍ** **يَوْمِ**  
**تُرْو** **تَهَادُ** **هَلْ** **كُلِّ** **مَوْجِيْهِ** **عَمَّا**  
**وَصَلَّ** **وَتَطَّع** **كُلِّ** **دَابَّ**  
**حَمَلِ** **حَمَلِهِ** **وَنُوِي** **النَّاسِ** **سُكُوِي** **فِ**

*Angling*



Bibliothek der  
Deutschen  
Morgenländischen  
Gesellschaft







1/10

De 60

ULB Halle 3/1  
000 867 152



